Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

Svbscriptiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

Visual Library

omnemque doctrinam in ipſo deſcriptam, nec non quidquid tenet & docet ſancta ſedes apoſtolica & Romana eccleſia, cum omni deuotione & reuerentia ſuſcipio & accepto. Illos quoque doctores & ſanctos patres quos eccleſia Romana approbat, reuerenter ſuſcipio. Quaſcumque vero perſonas, & quidquid ipſa Romana eccleſia reprobat & damnat, pro reprobatis & damnatis habeo, pollicens nomine quo ſupra, ipſum patriarcham, Iacobinoſque & meipſum, tamquam veræ obedientiæ filios, veſtris ac ſedis apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter & ſemper obtemperaturos.

Datum Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolenniter in eccleſia domus ſanctæ Mariæ Nouellæ, apud quam nunc reſidemus, celebrata, anno incarnationis dominicæ 1441. pridie Nonas Februarii, pontificatus noſtri anno vndecimo [a].

[a] Hoc decretũ pro Iacobinis cum inſertione decretorum pro Græcis & Armenis, impreſſum eſt etiam Venetiis apud Lucam Antonium de Giunta anno Domini 1514.

SVBSCRIPTIONES.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

Adiutor meus & protector meus es tu Domine. Ne derelinquas me Deus meus.

Ego Antonius Oſtienſis epiſcopus, cardinalis Bononienſis, me propria manu ſubſcripſi.

Ego Branda epiſcopus Portuenſis, nominatus cardinalis Placentinus.

Ego Nicolaus tituli ſanctæ Crucis preſbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Dominicus tituli ſanctorum Ioannis & Pauli preſbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tituli ſancti Clementis cardinalis & preſbyter, ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarius.

Ego Angelottus tituli ſancti Marci preſbyter cardinalis manu propria me ſubſcripſi.

Ego Ioannes tituli ſanctorum Nerei & Achillei preſbyter cardinalis me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus tituli ſancti Marcelli preſbyter cardinalis me ſubſcripſi.

Ego G. tituli ſanctæ Anaſtaſiæ preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

Ego B. tituli ſanctorum duodecim apoſtolorum preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

Ego Ioannes tituli ſanctæ Praxedis preſbyter cardinalis manu propria ſubſcripſi.

Ego G. tituli ſancti Martini in montibus preſbyter cardinalis ſubſcripſi.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN